



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita S. Liborii Episcopi, Calcvlo Laborantivm Patroni

Bolland, Johannes

Antverpiae, 1648

Capvt III. S. Liborii mores in Episcopatu, praedicatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12748

cunctis, Ecclesiæ Christi regimen, ad quod olim erat diuinitus præordinatus, iuxta morem canonicum assumpsit, regulariter Pontifex ordinatus.

a Legende pars secunda : patrum suorum lignam.

C A P V T III.

S. LIBORII mores in Episcopatu, prædicatio.

Caput novu
m Bodic. ms.
tam Mai. qua
min.

9. **S**Vfcepto verò sacerdotio, nihil ex studio sanctitatis, quam priùs exercuerat, dereliquit; sed tamquam lucerna super candelabrum posita, ita ille Diuinâ luce repletus, quod in eminentiore constitutus est loco, eò latius in doino Dei collatæ sibi gratiæ notitiæ refulgebat. Neque illum tantæ dignitatis homines solite religionis mutare fecerunt mones, nec Ecclesiasticorum occupationes negotiorum quidquam ex quotidiana Diuinæ laudis & placationis seruitute prætermittere coegerunt. Quinimò tantò eam instantiūs adaugere curauit, quantò iam non suæ solius, sed multarum animarum salutis causâ recte se viuere debere sciebat: quibus frustrâ videbatur præesse, si non studeret etiam monitis exemplisque prodesse. Ob hoc igitur, nullius momenti spatium otiosè transigere volens, semper erat vtilibus intentus actibus, nunc monitis et exemplis. E 4 lectio-

I vir in ms. B.
maiorē. Leo in
minore uti hic
excusū est.

præclarè fecerat
munus illud ms. B

gerit, utroq;

in min. ms. Bod
augere.

debere abey
in ms. min. Bod

numquam

otias, transire

in ms. Bod.
maiore. in min
et transigere

72 VITA S. LIBORII PATRONI

lectioni diuinarum Scripturarum operam impendens, nunc orationi prolixius incumbens: interdum etiam rerum exteriorum dispositioni, prout suo conueniebat officio, prudenter consulens atque prospiciens.

10. Assiduè verò vigilijs & ieunijs castigabat corpus suum, & in seruitutem rediebat, ne alijs prædicans, ipse reprobus inueniretur. Erat enim prædicationis studio valde intentus, & tamquam se nosset gerere officium Apostoli, dicentis, Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare; atque ab eodem audiret, Prædica verbum, in ista opportunitate, importunè; ita ipse quotidie modis om-

1. Cor. 1.17. nibus auditores suos ad vitæ rectitudinem

2. Tim. 4.2. prouocabat. Cuius præcepta & monita id maximè populo grata & amabilia faciebat,

quod eius vitam in nullo doctrinæ contrariam deprehendebant: sed quod illis sectandum asserebat, euidentissimè in eis moribus agnoscebant. Verbi gratiâ: qui elationem velut initium omnis peccati cauendam penitus ab illo sèpè didicerant, nullum eius indicium in illius actibus, in habitu, in vultu, in gestu corporis, in sermonis vsu sentire potuerunt.

Galat. 5.26. Audiebant ab eo: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi; videbant eum verè pauperem spiritu, numquam nisi in Domino gloriariri.

Audiebant ab eo, quod iniudiâ diaboli, mors introiuit in orbem terrarum: & Patredo ossium, inuidia; videbant eum affectu bene-

*Sequentia
usq[ue] ad nume-
rum 12. in
minore ms.
Bodec. omissa
sunt.*

*& eadem
agens:*

Galat. 5.26.

Sap. 2.25.

Prou. 14.30

neuolentiae gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus; aliorum prospera vel aduersa, sua aestimare. Audiebant ab eo: Ira enim Jacob. 1. 20.
 viri, iustitiam Dei non operatur: videbant 1. 2. ms. Bod.
 eum, omnem ostendentem mansuetudinem
 ad omnes homines. Audiebant ab eo: Seculi 2. Cor. 7. 10.
 tristitia mortem operatur: videbant eum esse
 hilarem datorem, quem diligit Deus. Audie-
 bant ab eo, avarum esse idolorum seruo-
 rem: videbant eum rerum suarum erogatione Ephes. 5. 5.
 largifluâ thesaurizare sibi thesaurum in cælo. = sibi deest
 m ms Bod.

Deinde si quis eius parsimoniam, strenuita-
 tem, castitatemque attenderet, non alijs ad
 fagiendam vitiorum corporalium labem ad-
 monitionibus indigeret.

Novū Caput
m ms. Bod. Mai

II. Ita pius gregis Dominici pastor, com- multos con-
 missis sibi ouibus, adhibitâ curâ duplici, ex- uertit,
 hortationibus scilicet & exemplis, iter ad æ-
 ternæ vitæ pabula quærenda, & spiritualium spiritalium
 morborum dira contagia vitanda, demon- ms. Bod.
 strans, tantum ex eis lucrum acquisiuit, ut, Malach. 2.
 quod voce Dominicâ per Malachiam dici-
 tur, de illo conuenienter valeat dici: Lex ve- 6. 7 Quod in
 ritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est in- scribuntur in ms.
 uenta in labijs eius. In pace & in æquitate
 ambulauit tecum, & multos auertit ab ini-
 quitate. Verè enim multos ab iniquitate con-
 uertens, & rectitudini vitæ fideique resti-
 tuens, inter sanctos Ecclesiæ Christi Docto- dignus enca-
 res præclarum obtinet locum: quorum mul- mits. quibus
 timodam gratiam, & infinitam meriti excel- Doctores or-
 nat Scriptur- len- ra:

= deest in
ms. Bodic.

T dis inferit
ms. Bodic.

eius dentes
ms. Bodic.
Septuaginta
ms. Bodic.

T et inferit
in ms. Bodic.

Dan. 12. 3.

lentiam, ipse verus eiusdem Ecclesiæ sponsus, in Canticis Cantorum multiplici laude prosequitur: nunc eos ipsius sponsæ collum, monilibus assimilatum, vocans; nunc tigna cedrina & laquearia cypressina cognominans; interdum labia, vittæ coccineæ, propter prædicationem Passionis Christi, similia, seu fauum dulcedinis verbi Deistillantia, nonnumquam turrim David, ob constatę firmitatem, eos appellans. Aliquando vero ibidem, ob nutrimentum paruolorum, quibus lacte opus est, mammæ dicuntur. Aliquando fauō simul & vino, aliquando decori turris eburnea comparantur. Plerumque portæ Ecclesiæ nuncupantur: & propter variam utilitatem, firmitatem, prouidentiam, contemplationem, dentium & oculorum nomine designantur. Præterea ipsi sunt sexaginta fortis, Salomonis lectulum ambientes; ipsi columnæ argenteæ, sacri eloquij nitore fulgentes. Quarum omnium similitudinum si quis mysteria perscrutetur, profectò inenarrabilem huius sanctæ Ecclesiæ Doctoris & eius similiūm gratiam dignitatemque reperiet, cum satis indicent haec pauca, de pluribus ex illo cælesti epithalamio sumpta, quod nihil his illustrius, nihil pulchrius, in sponsæ laudibus decantandum Spiritus sanctus inuenit. Qui etiam de eisdem per Danielem ita loquitur: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam studiunt plurimos,

quasi

quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sed quoniam huius clarissimæ stellæ in erudiendis subditis ferorem pariter & splendorem ostendimus, quibus virtutum radijs in alijs quoque rebus effulserit, monstrare curemus.

C A P V T I V.

*Caput Novum
in ms. Bodic.*

Saerarum rerum cura.

¶ **H**abuit vir sanctus hoc præ ceteris cultum Di-
tum temporis Pontificibus, religio- uinum præ-
nis & Dei amoris indicium speciale, quod mones:
omnia, quæ ad eius laudem iugiter celebran-
dam & Ecclesiastici cultus officium perti-
nent, totis nisibus amplificare, prouehere at-
que adornare contendit; & exceptis his, quæ
sibi suisque ad quotidiani victus & vestitus
necessaria, quibus solis contentus erat, vix
sufficere poterant, nec non & his, quæ ad
egentium & inopum sustentationem largâ
manu solebat expendere, reliquos omnes re-
ditus episcopalium possessionum, omnes
quarumlibet rerum census, qui sibi ex omni
tuâ diœcesi debebantur, vel si quid ex fide-
lium donationibus conferebatur, ad ex-
hibendum ecclesijs congruentem ornatum,
& noua quoque oratoria in locis, quæ ad hoc
opportuna videbantur, constuenda deputa-
uit. Quorum constructionem primùm Diui-
næ seruitutis multiplicandæ intuitu aggre-
dieba-

*=ad deceptio-
ns in
ms. min. Bod*

*Egentium. ms. B.
Major. minor
Egentium.*

*12. in ms. Bod
min.*

templa ore-

*nati desunt in
min. ms. Bod*